

Comedite panem. Ipse panis hic appositus est, qui dixit. ego sum panis virus, qui de cælo descendit. Vescimini non carnales cibos, sed cœlestes, non terrenum panem, sed Angelicum. Ille panis, de quo David cantabat; panem Cœli dedit eis, panem Angelorum manducavit homo. Quomodo Angeli comedent, qui incorporei sunt? nunquid carne induiti sunt? non comedunt mortibus, sed de plenitudine divinitatis satiantur, quæ est panis vivus in secula seculorum. Veniat hic Agnus super Discum positus, involutus sicut postus fuit in Sancto Sepulcro, ad ignem applicatus, sed non combustus. Idem ad inferos descendit, extinxit gehennæ flamas, defruxit mortem, occidit leonem, confregit tartara, abfultus iustos, destruit (1) æreas Portas, & vectes adamantinos dejectit, juxta illud Prophetæ; ero mors tua & Mors, ero mors tuus & Inferne. Resurrexit de Sepulcro, non bis reliquit carnem suam; ambulans super penas ventorum calcavit capita nubium, receptus est in Cœlis, sedet ad dexteram Patris. Ipsa ex carne comedite immaculati Agni. Si comedenteris ejus carnem, & biberitis ejus sanguinem in eo manebitis, & ipse in vobis, sicut ipse ait; qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum in me manet, & ego in eo. Nunquid non lex, quæ per Moysem data est præcepit, ut nullus animalis sanguis committitus sit, quia ipsius anima est? Præcepit, & verè præcepit. Sed hic Agnus nihil communis, nihil terrenus, sed ipse solus, solus immaculatus, solus de solo, verus de vero; qui sua non habet, nostra tollit. Sic & Hebreorum populus, quando egressus est de Ægypto postes sanguine Agni limivit, ut à percutiente Angelo non esset interemptus, & ubi non erat crux sanguinis Agni, percussa est domus, quia Domus transiens per medium Ægyptum divisi electos à reprobis. Ecce carnem, quam tota die comedimus Agni, & nihil minuitur, immo magis crevit, & se comedenteris vitam largitur eternam. Nunc post cibum subsequatur potus. Bibite lucidissimum vinum ex ea vite, qui dixit; ego sum vita vera, & Pater meus Agricola est. Hoc vinum veniat cum canticis, & organis, cum cytharis, choris, canticis, & psalteriis, cornibus, & cymbalis, & lymphonis, cum honore magno, & maiestate (2) multa, quia dignum est. Cantica ita, laudatio spiritualis, organa verò fauces nostra sunt, cythara autem pectus humana, quod quotidie coram Deo percutimus, quia sicut cordis cythara, ita pectora nostra, cordis pulsus percutimus. Chorus verò, Sacerdotum acies demonstrantur. Tuba autem vox nostra est, quia in ipsa laudes reddimus Patri. Psalterium à Psalmorum cantu, qui totam Trinitatem, & unitatem inseparabilem tenet figuram. Cymbala verò, & symphoniam, vox psallentes (3) in Choro in magno sonitu, per quam in tota Ecclesia lectiones concrescant, & die, nocteque Deum invoke non cessant. Hec in suis temporibus Beatus iste Ursicinus peragens, iussu divino separata est ipsius a corpore anima. Igitur Corpus in propria, sepulchrum est in Basiliæ B. Vitalis Martyris ante Altarium S. Nazarii. Sed autem annos III. menses VI. dies IX.

(1) contrivit. Mur.  
(2) bonefate. Mur.

## OBSERVATIONES

## AD VITAM

## SANCTI URSCINI.

Agnelli historica emendantur,  
vel explicantur.

**P**AUCA hic denū ad Chronologiam spectantia observanda sunt. Illud nullo modo sustineri potest, quod scilicet Theodobatus non post multis dies à cœde Amalaventha Roman iverit, unde dum revertitur fit trucidatus, cùm ex Procopio constet Ravennam Constantinopoli missum Petrum, qui ibidem egit cum Theodobato de pace, remque eō deduxit, ut Theodobatus ipse de se à Regno abscondito promiserit, ac de ea re ad Justinianum scripsisset, quibus tractandis per Legatos hinc inde nissos, pauci dies non sufficerent, nec Theodobatus Roman perrexit, antequam de pace desperaverit. Hoc referenda puto ad mensem Maji anni 536. quo primus Belisarius Ravennam tentasse potuit, quod tradit nobis, silentio Procopio, catervis, inde Neapolim pergere, quod Agnellus indicat, Sicilianum scribens à Belisario devastatam. Hinc fortassis Liberati assertio, quam omnes emendandam censueri, sustineri potest, qua tradit Vigilium à Theodora venientem invenerisse Belisarium Ravennæ degentem, quo cùm inde in Sicilianum perrexit, inde solus Romanum Septembri mense ingressus Silverium ordinatum invenerit. Licet enim Liberatus ipse videatur innuere Vigilium Romanum venire, quia Silverium ordinatum repererit antequam ad Belisarium accesserit, puto id minimè factum, nam antequam Romanum proficeretur Vigilius cum Belisario, ex Theodora prescripto agere debebat. Intellectum bujusmodi facile patiuntur Liberati verba, quibus ait Vigilium Romanum venientem invenerisse Silverium Papam ordinatum, quin & Ravennæ Belisarium. Ita sane probabilior ratio emergit mōræ, quia Vigilium serius, quam oportuisset Romanum venire, quis scilicet cum Belisario resagi debebat, qui aliquo modo Vigili electionem promoveret, cùm interim Theodobatus vi adhibita, Vigilii, & Belisarii studia prævenit, Silverium electionem, & ordinationem maturari cogens. Quæ sequuntur per prolepsim narrantur, Theodoranum obiisse tradit Procopius anno vigesimo secundo Imperii Justiniani, qui anno Christi 549. respondet. Ex Agnello alligatur ejusdem obitius die XXIV. scilicet mensis Juli, ex quo, cùm idem Procopius tradat eam imperasse annum unum, & viginti, mensibusque tribus, conficitur à Justiniano in uxorem acceptam ante diem 27. Aprilis anni 528. Similiter ex Marcellini appendice appetit nonnulli anno 552. Narsetem in Italiam venisse, quare nos potuit eodem menfe, quo Theodora obiit, Ravennæ degere. Totitas probabiliori calculo anno sequenti 553. occisus est, cùm juxta S. P. Benedicti vaticinium regnasset annis decem completis, undecimo cœpto, quod idem Procopius tradit.

**H**ec hic adduntur de imperata ab Ursicino Episcopo Juliano Argentario Basiliæ S. Appollinaris consummatione, confirmant ea, quæ supra de Juliani munere adnotata sunt; quibus plura addere, effit in re, ut mibi quidem videtur, clarissima lumen querere. Reliqua de Sanctissimo Eucharistio Sacramento ab Agnello piè tractata, haud omnino inutilia ad Sacram Synaxim pro ea estate illustrandam, Lectori erunt.

VITA

(3) Psallentum, Mur.